


Ine. 33-8a-



1870
The following is a list of the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1870.

Justice of the Peace for the year 1870
The following is a list of the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1870.





Oratio Reueren̄ patris Arnoldi Abbatis Vete-
rismontis Coloniēsis diocesis/ordinis Cisterciēn̄ sacrae
theologiae doctoris: contra Monasteriorum commen-
das/ad fēre Sixtum Papam. III. habita. 1472.

Beatissime pater: Prestat loquendi ausum
tuæ celsitudini largior diffusio tuæ benedi-
ctionis quæ de cælo allata est sup̄ uniuersos
fideles spargenda. Et presertim super
eos/qui triūphali cursitant in agone ad brauiū eiusdē
beatitudinis/cuius participatio excellentissime in te ip-
sum est deriuata/patrem orphanorum/& omnium ag-
minum religiosorum laude dei/informatorum. Vnde
exultet nedum mater quæ te genuit celebris ordo San-
cti patris Francisci: sed & uniuersalis turba omnium or-
dinum/& precipue tuus ordo Cisterciēn̄ qui peperit il-
lud tuum armarium scripturarum/lilium conuallium
beatum Bernardum/qui ut tuus sanctissimus Francis-
cus attraxit insignia crucis stigmata in suo corpore: Ita
& noster beat⁹ pater Bernardus legitur amplexus fuis-
se in cruce eūdem dominum nostrum Iesum christū.
Quis nesciat/quin crucis christi affinium/sanctorum
amborum horum orbis plenus sit beneficiis/miracu-
lis/doctrinis/exemplis: ac utrisq; sexus monasteriis re-
gulariter ab exordio extractis/ut alter paradus uolup-
tatis & hortus conclusus: E quibus tu aliquando bea-
tissime pater fuisti unus: iam super candelabra totius
orbis & urbis sublimatus. Cur non omnes exultarem⁹
in tua exaltatione exaltati: qui prius apporati & qua-



si morti destinati/oim perypsima facti sumus : & p̄ci-
pue horū q non norunt p̄ciū religionū/ nec accæperūt
in se calculū saluandorū. Nec id hostilitatis oīno nouū
in ecclesia in qua nedum tritici grana salubria/uerum/
etiam zizania sunt pestifera/& herba infructuosa. Id
sensisse legit̄ Rebecca post cōceptū collidere paruulos
in utero suo:cui dictū est:In utero tuo duæ gētes & duo
populi: populus populū superabit. De quibus scriptū
est:Iacob dilexi/esau odio habui:anteq̄ forēt nati. Esau
inq̄ uir callidus erat/ad decipiendū. Astutus/ad oppri-
mendū. Vir gnarus uenādi/ad rapiendū. Agricola/ad
præsens sæculū fouendū. Sed iacob simplex erat & in
tabernaculis habitabat/patriarcha futurus:uidens do-
minū facie ad faciē. Cum angelo luctatur/āgelos ascē-
dentes & descendentes intuetur. Cum moyse in caligi-
ne:Cum paulo in raptu:Cum thoma in uulnere:Cum
iohanne euangelista in exilio:Cum baptista in baptis-
mo deum cōtemplatur. Hic beatus patriarcha lapidē
primo erexit/oleū infudit/portas cœli uidit/uotum uo-
uit deo. Et in hoc primū domus dei & tabernaculorū
cernit̄ iecisse fundamentū:ac oīm ecclesiarum atq; mo-
nasteriorū attulisse primordiū. De quib⁹ psalmista ceci-
nit:q̄ dilecta tabernacula tua dñe uirtutum/in quibus
est melior una dies super milia. Quia sicut lætantiū
oīm habitatio est in te ciuitas dei. Ab ædificatōe huius
tabernaculi siue templi/ dauid sanctus prohibitus est:
qd̄ Salomon filius eius mox construxit/in quo in con-
spectu ecclesiæ israel manus expandit. Quod omnipo-
tens dominus multis munerū benedictionib⁹ sanxit.

2

Si igitur omnipotens dominus illud templum sanctificauit
in quo nihil erat nisi sanctum saculare/archa/& duae ta-
bulae moysi/ umbra terrae praesentium/ quanto plus digna sunt
templa nostra/ in quibus sunt res praeteritorum/ non in sacrifi-
ciis alienis/ sed in quibus proprio sanguine intrauit pontifex
noster dominus Iesus christus corporaliter & realiter/ in ipsis sacra-
mentaliter contentus/ in quo populus sacratum sumit corpus domi-
nicum & beatum sanguinis bibit haustum. Considerate (inquit
apostolus) sanctae uocationis coelestis participes apostolum &
pontificem confessionis uestrae Iesum christum: qui tanto ampli-
oris gloriae honore praeter moysen dignus est: quanto ampliore
honore habet dominus qui fabricauit eam. Et saluare potest ac-
cedens per seipsum ad deum semper uiuens ad interpellandum
pro nobis. Habent & templa nostra non terram archam/
tabulas moysi/ uirgam aaron/ urnam & manna figura-
lia: sed uasa sacramentalia/ christum uerum panem ange-
lorum/ & cibum uiatorum continentia/ post quem non re-
linquitur alia hostia nec in caelis nec in terris/ peccato-
ribus speranda. Sed pro dolor dicere me cogit zelus
huius sancti templi/ etsi gladio indignationis me ipsum
feriam: attamen dicam hoc templum pluraliter etiam
intellectum quasi lectulus ueri Salomonis septa forti-
bus/ licet ambiatur ex fortissimis israel gladios tenen-
tibus & ad bella doctissimos/ uniuscuiusque ensis castita-
tis super femur eius/ attamen ille mille artifex humani generis
antiquus hostis/ non iam in specie serpentina/ non in pomo
non in muliere hoc templum exturbare gliscit/ sicut & pa-
radisum disturbauit. Sed in fraudulentissimo sub furo
unius plani nominis latens/ nostra templa extermiare non formidat

habens fiduciam q̄ influant in os eius. Sub quo noīe
sediciosissimo tot latēt uenena/quot absorbet monaste
ria. Hoc nomen si liceat noīare/est nomen terribile in
quo omēs religiosos in cruce gloriantes oporteat cōtri
stari. Nomē insuper impositū ab illo exterminatore cu
ius nomē deletū est de libro uitæ: nesciētis occasum. No
men illius inq̄ hæbraice Labadon: Græce Appolliō: La
tine exterminans est nuncupatū: quē Leuiathan multi
noīs (iuxta multiplicē fraudē suæ pmissæ ptātis) tu be
atissime pater: quia tu solus altissimus es super terrā/ex
trahere poteris hamo tuæ bñdictōis: ligare fune tuæ p
hibitōis: ac eius maxillā pforare p̄ceptione tuæ potētis
simæ orōis. Sic spes ei⁹ frustrabit̄ & cūctis uidētibus p̄
cipitabit̄: ne uideat̄ ex pacto tibi fore seruus sempiter
nus/nocere q̄tum nocuit/absorbere q̄tum absorbuit. Et
quia diffinitio (inquit phūs) est ratio quā significat no
mē. Si placet beatissime pater illi⁹ diffinitionē audire:
quatin⁹ cognita eius ratione/demolientes uineā uulpe
culæ poterunt clarius deprehendi & de ipsa effugari.
Ista uidetur eius dānabilis atq; mortifera diffinitio.
Cōmēda est uipera m̄ris ecclesiæ rūpens uiscera/exter
minans spūalia & deuorās t̄palia. Scdm ethymologiā
noīs Vipera quasi ui pariēs dicitur: corrodes uiscera ma
tris t̄pe sui part⁹. Nā hæc ip̄a crudelis cōmēda/Episco
patus/prælaturas/p̄latos/& quæq; cōsumit beneficia:&
monasteria quibus tanq̄ ecclesiæ uiscerib⁹ cōsumptis:
eā m̄rem ecclesiam scindi necesse est ex quibus cōpagi
nat̄ & cōstruitur. Et subdit̄ exterminās spūalia. Et id
plus deflemus in n̄ro ordine q̄ tollerare ualeamus. Ad

3
oculum istud malū est/nec abscōsum/ ubi uipera hæc
dominatum assumpserit/subito uidemus exterminari
obediētiam/lædi disciplinam/& quasi detruncato capi
te fatigari/dispergi oues/& quasi pulsas de ouili sine pa
store euagari. Preciū agni immaculati aspernari/ani
marum salutem impediri/ spe fundatores fraudari/&
id quod in purgatorio expectant refrigerium /auferris
totamq; cœlestem curiam hostiliter contristari/inuide
ri & prouocari. Dixi consequenter q; uipera ista deuo
rat temporalia/ cuius moris est ruptis uisceribus religi
onis/exterminatis dei cultibus/ & extinctis deo debi
tis sacrificiis/ dirigitur unus sæcularis prouisor/qui tol
lit lanam/radit ouiculam/maçtat/ occidit/possidet/ &
dispergit gregem:cui de deo nihil constat/de sacramen
tis nullus honor/de animabus contemptus/sub quo tē
poralia cito pereunt/ædificia ruunt/teçta cadunt/regi
stra rumpuntur: nec oportebit latius fodere parietem
& quærere abominations maiores ad intuendum eos
qui dorso templo præbent/si qui templa totaliter diru
unt & dñm templi de templo pellunt/quasi gentes in
gressæ hæreditatē christi polluentes tēplū sanctū suū.
O æterne deus cuius maiestati gubernatio totius natu
ræ astat:& specialiter ratiōalis creaturæ/cur ista sinis?
O iesu bone/quæ te uicit patientia/ut pferas a tuis in te
tam crudelia facinora/nisi passus fuisses mortē in ecu
leo crucis/uix tibi crederetur inesse sæuitiam istorum
innoxiam ad iudicium. O clamētiam stupendā. Quā
ta audiuius & cognouimus mala/nec tamen patres
nostri unq; narrauerūt nobis talia: quæ nec tpe Macha

beorū aut Babilonioꝝ q̄ aduersariorum philistinorū fa-
cta sunt/synagogā uidelicet deuorari ab amicis. Vbi iā
ingemiscimus m̄rem ecclesiam inuadi a suis parany-
phis/ut un⁹ & idem/ duos uel tres episcopat⁹ traiciat/
tres uel quattuor/ etiā decē dignitates aut abbatias de-
glutiat/ sacramenta polluat/ loca sancta deuastet. Et qd̄
cæteris nō est min⁹ execrabile/deo & hoībus odiosum
Pauperes pro quibus monasteria fundata sunt sicut p̄
religiosis suis stipēdiis/ hoc est elemosynis/prochdolor
frustrātur. Et in pluribus contingere solet q̄ ubi paupe-
res prius affluebāt/affluunt uenatores canes & ancipi-
tres uagi discholiq; homines a quib⁹ religiosi malū ca-
piunt exemplū. Quis unq̄ regū aut principū aut fun-
datorū non doleat de corde talia loca fundasse/dotasse
aut iā fundare uelle? ubi legislatores btūs Benedictus
Gregori⁹ Augustinus Bernardus Hieronymus princi-
pes orbis terrarū se impēderūt/expelli cōtuentur:& qua-
si gentes ingressas occupare sanctuaria eorū & atrocius
tabernacula eorū pollui atq; desolari. Ita ut Turci sæui-
tia quasi tolerabilior foret q̄ ab his ecclīæ filiis talia per-
ferre p̄niciosa damna/ubi cū damnis rerū uadit in pre-
ceps salus animarū. O Daniel/ utinā surgeres in mediū
qui sanguinē innoxium saluasti. Senes a quibus egressa
est iniquitas occidisti. Bel cū suis sacerdotibus oīa de-
uorātibus mactasti:& inimicos crucis christi mactares
ut sanguis iesu christi preciū etiā uniuersitatis saluares
Occurrerēt tibi helias & helyseus uiri iusticiæ/quorum
ultio efferbuit in offensores legis/quorū zelus nō pote-
rat iā esse imminutus/licet alterius sit ordinis & status.

4

Cur hæc beatissime pater anexas? Video contritionem ordinis
mei: monasteria solennia & deuotissima deuorari/spoliari/
sacramenta nedum pollui/sed extinguui/quasi inter gentes
ipse sisteret. Testis est fere tota Italia/testis est ipsa Lom-
bardia/ubi uix ordinis relicta sunt uestigia/tota comesta
& deuorata. Testis est ipsa Sabaudia/in qua quasi uelo-
cius aquilis uolatibus transmontes pascua noua sciscitan-
tur/ubi tempore moderno monasterium insigne ordinis ad san-
ctum Claudiū ab hoc nostro ordine est totaliter alienatum/
& per assumptionem noui habitus ex integro translatum.
In qua Sabaudia similiter monasterium in alpibus solenne
uni puero fortassis trium annorum est commedatum. Hæc uia
illoꝝ scandalum ipsis/& postea in ore suo complacebunt. Te-
stis est ipsa Burgundia/ubi monasteria nobilia sunt ad de-
uorandum exposita. Vbi belleuallis? Vbi belerna? & sic
de aliis/quo ad usque est aliquid uiriditatis sugenda in ip-
sis. Taceo de commendis prouinciarum Franciæ Lothoringiæ
Britanniæ & Picardiæ/quarum commendas si narrare deberem
& ostenderem/nec satis temporis haberem. Propterea beatissi-
me pater flagitat deuotissime tuus ordo Cisterciensium a prede-
cessoribus tuis spiritus amatus/promotus & confirmatus/uelis ocu-
lis misericordiae tuae aspicere de sede sancta tua/& tuam be-
nedictionem in ipsum immittere/a tantis malis leuare/tueri
& defendere/quæ nulla tergiversatione ultra sustinere
poterit sine detrimento finalis resolutionis & desolationis
Quomodo beatissime pater poteris ultra patienter uidere nos
in tuo conspectu uictimari & mactari preter quem non
gerimus alium patrem in terris: quem dedit nobis in pa-
trem pater coelestis? Utere tua pietate/pater beatissime

Si quid patitur ordo tuus iste/sit diuinum/sit humanū
sit iustum/sit pium/sit honori deo & ecclesiæ tuæ/ cui
præsides fructuosum. Iniquum est absorbere monaste
ria/ quæ sunt ut castrorum acies ordinata/ imperitum
destinare/in perniciem defluere. Nō enim sufficit hæc
unica ouicula tua suo uellere ad calefaciendum tam di
stenta uiscera impinguatorum dilatatorum & recalci
trantium & ad usum nescium illorum. Nathan enim
propheta regem prophetam increpauit pro eo q̄ urix
unicam suam usurpauit. Ponat sanctitas tua ad stathe
ram æqualitatis/ in mensuram illius regni qđ est mira
bile in æquitate/ si iustum sit tollere meum & transfer
re in alterum. Bona monasteriorum sunt bona christi/
labores pauperum/ & eorum qui sequuntur christum
quocunq; ierit: non sunt bona magnorum/ ut uiuāt de
uictimis pauperum/ & iterz spolient nudum christum.
Iterum atq; iterū suppliciter rogamus/ & oēs culmini
sanctitatis pedū tuorū pstrati obsecramus/ ut amplius
non sinat tua beatitudo nos dari in direptionē & dispsi
onē. Sācta nostra cōculcari/spūalia tolli/tpalia uorari/
& gl̄iam dei ac religionis in alienum questū cōmutari
maledictionis/sed cōmendas reuoca. Volumus oī tpe
p̄ tua sc̄licitate lōgæua altissimū deprecari: ut nos tuis
sub p̄nis alis collocatos uelit seruare innoxios: quatin⁹
sine timore taliū inimicorū liberati ualeam⁹ seruire illi
cui ē cura de nobis. Notū ē & ex priorib⁹ sc̄lis/dū cæte
ræ trib⁹ in tribū Benjamin ultionē expeterēt/ & gladi
us iniquitatis ultor/necē mulierculæ/furore libidinis suf
focatae uindicaret: inito tribū ḡnali cōsilio/consultur.

5
ne Benjamin deleatur. Quanto minus delendus est is
nri sacer ordo Cisterciensium qui summos protulit pontifi-
ces sanctos/parturiuit doctos/que plurimos euexit in lucem
& in multitudine excubiary sanctary quasi in desiderijs
collium aeternorum adeptus est gloriam sanctitatis in consum-
matone uirtutis. Quis non gemeret/si is hortus conclusus/
fons signatus sacer ordo Cisterciensium minutim discerpe-
ret ac radicitus successiue euelleretur. Qui tot lilia pro-
duxit in ecclesia dei: tot germina erupit statuto fidei/
propter caelestes thesauros quos quottidie infert caelis tanquam
portui salutis ex undis huius procellosi maris: in quo
sunt reptilia/quorum non est numerus. En Rachel san-
cta flens filios suos/noluit consolari: cuius uox tantum
in Rama audira est. Ut etiam uox totius ordinis Ci-
sterciensium non tam in excelsis quam in terris audiatur/cui praes-
sides clamantissime pater ne lachrymae ascendentes lar-
giffuae de maxillis eius prouocent iram dei/ ut uindi-
ctam exigant & proclamant. Vindica sanguinem tuum
& incendatur zelus tuus bone Iesu: sed & secundum magni-
tudinem brachii tui posside ipsum: qui est populus tuus
& oues pascuae tuae/ut confiteatur nomini tuo & glo-
rietur in defensione laudis tuae/saluator mundi/sponsus
ecclesiae Iesu christe fili dei uiui. Graue est incidere in ma-
nus dei uiuentis: cui ex professione seruimus. Si tamen
(inquit apostolus) quis irritam faciens legem Moysi/si-
ne ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur:
Quantomagis putatis deteriora mereri supplicia qui
filium dei conculcauerit: & sanguinem dei pollutum
duxerit: in quo sanctificatus est: & spiritui sancto con-

tumeliam fecerit? Nunquid filius dei conculcatur/ si
seruus eius opprimitur? Nunquid sanguis testamenti
polluitur/ dum de sanctuario effunditur? Nunquid spi-
ritui gratiæ; contumelia adiicitur/ si uilipēditur? Quæ
oīa mala cōmittūtur sub ista sæuissima cōmenda. Sed
uæ illis scđm omne genus uæ/ si recordetur agnus ini-
quitatum talium: qui est dominus dominantium/ rex
regum/ ut reddat duplicia tormenta & misceat duplū
in poculis: quantum se beatificauerunt in spoliis/ quan-
do una hora diuitiæ eorum destituentur/ in quibus in-
uenietur sanguis christi/ prophetarum atq; sanctorum
omnium interfectorum a sanguine abel iusti usq; ad
ultimum occidendum: quorum loca desolauerunt/ san-
guinem biberunt/ & carnes manducauerunt/ quorum
ignis nunquam extinguetur/ & uermis non morietur/
eruntq; cadauera eorum ad facietatem carnis omni ui-
sioni: licet nunquam satis sibi. Si diues sepultus in in-
ferno non obtinuit guttam a paupere lazaro cui micā
negauit/ quid erit diuitibus iam ex hoc in illud ex pau-
perum prediis/ quorum iniquitas prodit quasi ex adipe
transiens in affectum cordis? Qui bibunt de uino iræ
dei/ mixto mero desperationis/ in sensum reprobum tra-
diti/ ne metuant futuram iram agni/ ac fumum incen-
dii. Idem quoq; loquitur terribiliter apostolus inquiēs
Volens deus ostendere iram/ & notam facere suam po-
tentiam/ sustinuit in multa patientia uasa iræ ad inte-
ritum apta/ ut ostendat diuitias gloriæ suæ in uasa mi-
sericordiæ/ quales non sunt diuites & arrogātes quorū
primos dimisit inanes/ & alteros mente cordis sui euo-

6
muit & despexit/ quos nemo corrigere potest. Nam hi
sunt (dicit Petrus) fontes sine aqua/ nebulæ turbidæ
exagitatae/ quibus caligo tenebrarum reseruatur. Qd si
deus naturalibus ramis non pepercit/ nec angelis prin-
cipatum suum deserentibus indulsit: Nam qui conta-
minauerunt testamentum eius/ diuisi sunt ab ira uul-
tus ipsius: priusq̃ spinæ illorum intellexerunt rham-
num/ sicut uiuentes sic in ira absorpti sunt: quos mors
depascit uiuos in infernum descendentes. Relinquent
enim alienis diuitias suas/ & sepulchra eorum domus
ipsorum/ quia desiderium peccatorum peribit. Sed cur-
rendum est ad thronum agni qui tollit peccata mun-
di/ apud quem est propitiatio & copiosa redemptio.
Quæsumus igitur agne & lucerna dei subueni his qui
te sequuntur: nec patiaris ultra sancta tua conculcari/
& alienis honorem tuum dare: qui monasteria tua in
tuo seruitio (ut dixi) dicata: oïno in ruinã abire cogūt:
quibus tm̃ est cura de lana non de ouibus tuis: quas
precioso sanguine tuo redemisti. Et qui in eculeo crucis
suspensus/ genitricẽ m̃rem tuã uirginẽ uirgini cõmenda-
sti: Ita digneris eccliam tuã mœrore iam cõfectam atq;
contractam ut pupillam oculi custodire: quam aper-
tione lateris tui genuisti in cruce. Et sicut beatissimus
euangelista curam gessit tuæ gloriosissimæ matris/ sin-
gulari priuilegio tui amoris amatus/ ita digneris hunc
uicarium tuum sanctissimum dominum nostrũ/ pon-
tificem omnium animarum nostrarum/ donis tui amo-
ris fulcire/ gladio tuæ potentissime uirtutis defendere:
ab omni malo præseruare/ & in bono tui amoris augere

ad regendum & curandum ecclesiam tuam sine macu-
la aut ruga/ per quam digneris benedicere hæreditati
tuæ & extollere eam cum grege tuo sibi commisso usq;
in æternū: quatinus mereatur audire uocem exultatio-
nis in tabernaculis iustorum. Euge serue bone in pau-
co fuisti fidelis: supra multa te constituam intra in gau-
dium domini dei tui. Quod præstare tuæ Beatitudini
dignetur cū grege tuo/ beatissime pater/ Pater cœlestis
cum filio suo & Spiritu sancto: qui est in sæcula bene-
dictus Amen.

FINIS



8.

Ine 33

45687



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



14

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959035

Inc. 33-8 av

